

ANGLIA

ANGLIAE REGNUM Albionis pars maxima ab Anglis inter Iutas & Saxones circa Slesvicum in Cymbrica Chersoneso sita, nomen accepit. Vnde autem dicti sint Angli, varia est doctorum opinio, eiusque rei cupidum Lectorem eo relegamus. Angliae Rex supremam potestatem & merum Imperium habet, nec in Imperij clientela est, nec inuestituram ab alio quous accipit, nec praeter Deum, superiorem agnoscit. Eius subditi vel sunt Laici vel Ecclesiastici: Item sunt vel nobiles vel plebei. Nobiles sunt vel maiores vt Duces, Comites & Barones vel minores vt Equites aurati, Armigeri & qui vulgo generosi & Gentelmen dicuntur. Hi omnes aut Hereditario iure his titulis gaudent aut iisdem virtutis ergo a Rege exornantur. Ducis autem nomen soli Regis filio natu maximo hoc tempore conuenit: quamuis olim plures eo titulo insigniti fuerint. Plebei, ciues sunt, qui in sua quilibet vrbe publicis funguntur muneribus & in Parlamentarijs Angliae comitijs locum habent vel ingenui, quos Legales homines lex vocat & ex agris quos optimo iure tenent, quadraginta ad minimum solidos quotannis colligunt: vel opifices, qui mercede operam locant. Diuiditur autem tota Anglia in Comitatus quos vel conuentus vel pagos proprie & latine voces. Angli vero peculiari vocabulo Shyres appellant a Scyre Saxonica dictione, quae partiri & diuidere significat. Comitatus vero in Centurias (quae in nonnullis partibus VVapentaches a tactu armorum nominantur) & haec in decurias diuiduntur. In his Comitatus difficilioribus temporibus, praefectus Regius, quem Lieutenant vocant, ne quid detrimenti respublica capiat, constituitur. Singulis vero annis nobilis aliquis ex incolis praeficitur, quem vicecomitem, quasi vicarium Comitis & Anglica lingua Shyriffe, id est, Comitatus praepositum vocant: qui etiam Comitatus vel Prouincia Questor recte dici potest. Eius enim est publicas pecunias prouincia suae conquirere, multas irrogatas vel pignoribus ablati colligere, & aerario inferre: Iudicibus praesto adesse, & eorum mandata exequi: Duodecim viros cogere, qui in causis de facto cognoscant & ad iudices referunt (Iudices enim apud Anglos iuris solum & non facti sunt iudices) condemnatos ad supplicium ducere & in minoribus litibus cognoscere. In maioribus autem ius dicunt iustitiarum, quos olim itinerantes, nunc Iustitarios ad Assisas vocant, qui quotannis hos Comitatus bis obeunt, vt de causis cognoscant & de incarceratis sententiam ferant. Hi autem ab Henrico II. instituti vel potius restituti iurant se cuiuslibet ius suum conseruaturos illatum.

Nomina Comitatum haec sunt.

Cantium	21:30.51:15.	Berceria	19:30.51:38	Eboracum, York	19:24.54:43	Caernaruan	15:22.54:07
Southexia	20:30.50:50	Oxonia	19:17.52:0			Merionidh	11:0.53:28
Surria	20:20.51:16.	Glocestria	18:8.52:13	Dunelmef. epi.	18:59.55:45	Anglesey	15:20.54:10
Hartfordia	20:37.51:59	Monumetha	17:32.52:15	Northubria	18:30.56:20		
Essexia	21:24.51:50	Herefordia	17:34.52:32	Cuberlandia	16:50.55:50	Radnor	17:4.52:50
		VVigornia	18:10.52:38	VVestmerlandia	17:20.55:30	Brecknok	16:42.52:25
Southamptonia	19:13.50:56	Salopia	17:25.53:20			Glamorgan	16:20.52:0
VViltonia	18:29.51:15	Staffordia	18:10.53:24				
Dorcestria	17:49.50:48			Lancastria	17:16.55:1	Caermarden	15:29.52:19
Somerfetus	17:24.51:20	Northamptonia	19:42.52:32	Middelfexia	20:30.51:40	Denbrock	14:47.52:8
Deuonia	16:10.50:54.	VVarvvicum	18:56.52:39			Cardigan	15:5.52:36
Cornubia	14:50.50:20	Lecestria	19:28.52:2	Cestria Comitatus Pala-	17:8.53:55		
Buckinghamia	19:38.52:15	Derbia	18:58.53:27	tinus			
Bedfordia	20:10.52:25	Nottinghamia	19:22.53:28	Denbigh	16:30.53:57		
Huntigdonia	20:30.52:38			Flint	16:49.54:0		
Cantabrigia	20:49.52:30	Lincolnia	20:2.53:49	Montgomery	17:0.53:13		
Suffolcia	22:0.52:40.	Rutlandia	19:58.53:4.				
Norfolcia	21:50.53:10						

Quod ad Ecclesiasticam jurisdictionem attinet, duas nunc habet Anglia prouincias. Archiepiscopos item duos: Cantuariensem totius Angliae Primatem & Eboracensem, quibus subsunt Episcopi sequentes

Sub Cantuariensi Archiepiscopo, qui & Roffensis est, subsunt Episcopi:

Londinensis	20:41.51:34	Coventrensis	19:4.52:49.	Petriburgensis	20:26.52:58
Cicestrensis	19:55.50:50	& Lichfeldensis	18:36.53:12	Bristolienfis	17:37.51:45
VVintoniensis	19:12.51:10.	simul		Mencuenfis ad fanum	
Salisburyensis	18:34.51:14.	Staffordiensis	18:10.53:24	S. Davidis	14:20.52:25
Exoniensis, Excester	16:32.50:49	Derbiensis	18:58.53:27	Landauenfis	16:47.51:52
Bathoniensis	17:50.51:38	Lincolniensis	20:2.53:49	Banchorenfis	15:37.53:5
& VVellenfis simul	17:34.51:25	Sclopiensis	17:25.53:20.	Assaphensis siue Elvvenfis	16:28.54:3
Glocestrenfis	18:8.52:13	Eliensis	21:0.52:45		
VVigorniensis	18:10.52:38	Nordovicenfis	22:10.53:8		
Herefordensis	17:34.52:32	Oxfordiensis	19:18.52:0		



Sub Archiepiscopo Eboracensi vero subsunt Episcopi:


Cestriensis 17: 8. 53: 55 Dunelmensis 18: 39. 55: 45 Cariolensis alias Carlysse 17: 14. 56: 1.
Item Mannix Episcopus in Bala Curt 14: 44. 55: 27.

Angliæ tribuna lia siue iuris fora, quas etiam curias dicimus, in triplici sunt differentia. Alia enim sunt Ecclesiastica alia temporalia, & vnum mixtum, quod Parliamentum vocant, & ex tribus Angliæ ordinibus constat & totius Angliæ corpus representat. Hoc à Principe pro arbitrio indicitur summamq; & sacrosanctam auctoritatem habet in Legibus ferendis, confirmandis, antiquandis, interpretandis, & in omnibus, quæ ad Reipublicæ salutem spectant. Fora temporalia sunt duplicia, iuris scilicet & æquitatis. Iuris fora sunt, Bancus Regius, Curia camera stellata, Scaccarium, Curia VVardorum & Liberationum, Admiraliij, Assisa & alia quædam obscuriora quæ omittimus. Bancus Regius ita dictus, quod rex ipse in eo præsideat, Coronæ placita tractat. Camera stellata superiori seculo instituta fuit, vt ibi tractarentur Criminalia, vt periuria, impostura, dolus malus, &c. Bancus communis, quia communia placita inter subditos ex iure anglico, quod commune vocant, in hoc disceptantur, nomen habet. Scaccarium à tabula quadrangula ad quæ assidetur nomen traxit, in eo omnes causæ audiuntur, quæ ad fiscum pertinent. Curia VVardorum, à pupillis, quorum causas tractat nomen habet. Nam cum aliquis moritur, qui possessiones à Rege tenet, tam hæredes quam eorû patrimonium redditusque in Regis potestate & tutela sunt, donec alterû & vicessimum ætatis annum compleuerit. Admiraliij curia res maritimas tractat. Assisa, quas dicimus, in quolibet Comitatu bis anno habentur, in quibus duo Assisarum Iusticiarij ad hoc deputati cum Eirenarchis siue pacis Iusticiarijs comitati & de ciuilibus & de criminalibus cognoscunt. Loca autem & tempora in vnoquoq; comitatu edicto publico quindecim ante Assisas diebus denuntiantur. Fora æquitatis sunt Cancellaria, Curia requestarum, Concilia de limitibus VVallix & parte Boreali: Cancellaria à Cancellario, qui ibi præsidet nomen traxit. In hac ex æquo & bono iudicatur, & summum ius, quod & summa crux videri solet, temperatur. Requestarum curia, pauperum & Regionum famulorum causas audit.

Ecclesiastica fora præcipua sunt Synodus quæ conuocatio Cleri dicitur & semper simul cum parlamento habetur. Et Synodi prouinciales in vnaquaque prouincia. Post hæc Archiepiscopi Cantuariensis curiæ numerantur, videlicet Curia de arcubus à loco sic dictus: cui iudex præest, Decanus de arcubus appellatus, qui ad omnium in Cantuariensi prouincia appellationes rescribit. Curia audientix, quæ omnes prouinciæ alium querelas, causas & appellationes recipit. Curia prærogatiuæ, in qua Commissarius de hæreditatibus ab intestato seu testamento delatis, ius dicit. Curia facultatum, in qua præfectus constituitur, qui desideria cognoscit eorum, qui Ecclesiastici iuris, quandoq; rigidi atq; stricti relaxationem petunt, & registrarius, qui concessas dispensationes in scripta refert. Curia peculiarium, ad quæsdam parochias ab Episcopali iurisdictione in nonnullis diocæsis separatas & Archiepiscopo Cantuariensi peculiare spectat.

Academia in Anglia sunt tres. Oxoniensis 19: 18. 52: 0. Cantabrigiensis 20: 50. 52: 31. & Londinensis 20: 41. 52: 34.

Medius Meridianus 18: 20. reliqui ad hunc inclinantur ratione 52: 55. parallelorum.



ANGLIAE
II. TABVLA.

Quae continet

Northumbriam, Cumberlandiam Comitatus,
& Dunelmensem Episcopatum.

Meridiani distant iuxta rationem 56:15. Paralleli
ad circulum maximum.



XIII.

m fune
linibus
profan-
nibus,
ris fora
miralij,
efideat,
alia, vt
urcan-
ad quã
m, à pu-
ter, tam
fimum
Comi-
cis Iusti-
comi-
Curia
rafidet
tempe-
lamen-
is curiæ
ellatus,
rouinci
itatibus
efideria
rius, qui
ali iurif-
linensis





A N G L I A E
III. T A B V L A.

Sequentes continens Comitatus,

VWestmorlandiam, Lancastriam, Cestriam, Caer-
naruan, Denbigh, Flint, Merionidh, Montgo-
mery & Salopiam.

CVM INSVLIS:

Mania, quæ etiam Mona & à Ptolomæo Monoedi,
quasi remotior Mona ad differentiam alterius ac
sequentis Monæ sic dicta: Comiti Derbieni par-
ret, qui huius Manniæ Regulus appellatur.

Anglesey, quasi Angliæ insula, alias Mona, quæ ob
fertilitatē Mater Valliæ dicitur, olim antiqua
Druidum sedes, tenui tantum freto Menai à Bri-
tannia continente diuisa. Proprium suum habet
Comitem.

Meridiani distant ratione 54:30. Paralleli
ad circulum maximum.



XIV.





ANGLIAE

IIII. TABVLA.

In qua hi sunt Comitatus,

Cornubia, Deuonia, Somersctus, Dorcestria, VVil-
tonia, Glocestria, Monumetha, Glamorgan, Ca-
ermarden, Penbrock, Cardigan, Radnor, Brek-
noke, Herefordia & VVigornia.

Meridiani positi sunt ex ratione Paralleli 51:30:
ad circulum maximum.



XV.





ANGLIAE
V. TABVLA.

Hos continet Comitatus,

Eboracum, Lincolniam, Derbiam, Staffordiam,
Notinghamiam, Lecestriam, Rutlandiam, & Nor-
folciam.

Meridiani distant iuxta rationem Paralleli 54:30
ad circulum maximum.



XVI



